



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

XXV. De censibus, extractionibus & procurationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

## DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, ET PROCURATIONIBUS.

## TITULUS XXV.

## Continuatio.

**Q**Uæ superiori Titulo dicta sunt, pertinent ad onera civilia sive secularia; non Ecclesiastica, hoc est, quæ à jure Ecclesiastico sive Canonico iuris ex causis, introducta sunt in personas & res Ecclesiasticas; veluti sunt, census, Procurations, exactiones certis casibus, Hostiens. an Summa huius titul.

## §. 1. Census quid.

Censum autem hic vocamus pensionem, quæ ex proventibus Ecclesiæ solvitur Episcopo, cap. Constitutus 6. Ext. de religio domib. interdum vero S. Pontifici, cap. Recipimus 8. Ext. de privilegi, interdum aliis Clericis, cap. Quærelam 14. Ext. De elect cap. Cum Canonico 16. Ext. hoc sit quandoque & Patrono Ecclesiæ, ut infra eod in § sed negue.

## §. 2. De censi Episcopo debito.

Etenim Episcopo ab Ecclesiis suis diœcesis debentur duo solidi nomine Synodatici sive Cathedratici, cap. Conquerente 16. Ext. De off. iud. ord. san. Placuit x. quaest. 3. cap. Pastorale 7. Ext. de donatio- nib. item census ab initio sive antiquitus Ecclesiæ impositus, c. Praterea 23. Ext. De iure patronatus, &c. 3. Ext. hoc sit can. Eleutherius xvii. quaest. 2. Nam ad novum, sive ad augendum veterem censem, Ecclesia cogi non potest, ex constitutione Concilii Lateranensis, cuius haec verba sunt: Prohibemus insuper, ne ab Abbatibus, Episcopis, vel aliis Praetatis novi census imponantur Ecclesiis, nec veteres augentur, nec parrem redditum suis usibus appropiare presumatur, sed libertatem, quam sibi majores conservare fiderant, minoribus suis bona voluntate conservent. Si quis vero aliter fecerit, irritum quod elegerit, habeatur, text. est in cap. Prohibemus 7. Ext. hoc sit. Usque adeò, etiam si fidejussoria vel juratoria cautio de novo censu solvendo, aut de veteri augendo intercesserit; non enim ideo magis debebitur census, sed iuramentum omnino remittendum est, c. Gravis 15. c. Significavit 13. Ext. hoc sit. De censibus.]

## §. 3. Novi censis impositio quando permitta.

Permissum est tamen Episcopo, ut si quando Ecclesiæ suis diœcesis exemptione donat assentiante scilicet Capitulo suo, c. Pastorale 7. infine Ext. De donat. ) censum in eadem libri reservare possit, cap. Constitutus 6. Ext. De religio domib. cap. Cum Venerabilis 23. Ext. hoc sit, siquidem & ipse S. Pontifex, cum Ecclesiæ à jurisdictione Episcopi eximit, vel in tutelam suam recipit, solet & oblatum eo nomine censem recipere, d. cap. Constitutus vers. nos quoque cum liberalitate, d. cap. Recipimus Ext. De privilegi cap. Si Papae eod. sit in 6.

## §. 4. De pensione patrone constituenda.

Sed neque impeditur Episcopus patrone Ecclesiæ fundationis tempore, moderatos redditus, pensionis nomine, constitvere, cap. Praterea 23. ibi Glos. & Panorm. Ext. De iure patron.

## §. 5. Clerici absque assensu Episcopi, Ecclesiæ suam censualem facere non possunt.

In aliis vero Clericis hoc jure uitimur, quod hi Ecclesiæ, quibus præsunt, ecclou onerare non possint, absque auctoritate & assensu Episcopi, cap. Praterea 8. Ext. h. it. Secus cum auctoritate Episcopi, & si sub sit justa causa, Glos. & Panorm. a. d. c. Significavit.

## §. 6. Ne Episcopi, Archidiaconi, &amp; Decani, exactioribus onerent subditos suos, excepto charitativo subfido, &amp;c.

Illud quæ situm est, An Episcopus extraordinariam præstationem, sive contributionem imperare possit subditis suis? Verum hujus rei extat apertum decretum ejusdem Concilii Lateranensis: Prohibemus, inquit Cone ne subditos suos caliliis & exactioribus Episcopi gravare præsumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superveniant, ut si manifesta accelerationabilis causa extiterit, cum charitate modicatum ab eis valeant auxilium postulare. Et paulo

PPP 2 p. 5

¶ 4: Archidiaconi verò sive Decani nullas exactions sive callias in presbyteros, sive clericos exercere presumant, text est in c. *Cum Apostolus* 6. § prohibemus Ext. De censib. adde cap. Conquerentis 6 in fine Ext. De offic. jud. ord.

§. 7. A Procuratione nulla Ecclesia vel monasterium excusat: & quid sit Procuratio?

A Procuratione verò nulla Ecclesia vel monasterium excusat: ne quidem temporis præscriptione, cap. *Cum instantia* 17. cap. *Cum venerabili* 21. Ext. De censib. juncto cap. *Cum ex officiis* 16. Ext. De præscript. Est autem Procuratio hoc loco, necessitas orum sumptuum exhibiti; quæ ratione visitationis debetur Prælatis: pura, Legatis Sedis Apostolicæ, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, Decanis provinciam suam vel diœcensem visitantibus; d. cap. *Cum Apostolus*, cap. *Procurationes* 23. Ext. hoc nos trit. Cùm enim, Apostolo teste, nemo cogatur militare suis stipendiis, & qui spiritualia seminat, magnum non est, si meteat carnalia; ad Corinth 9. d. cap. *Cum ex officiis*, non hæc ratione receptum est apud SS. Canones, ut dum Prælati visitando spiritualia suis exhibent, ab iisdem contraria temporalia exhibeantur, iuxta alleg. iura

§. 8. Quis modus visitationis & procuracyonis.

Quis autem visitationis & procuracyonis modus sit, prescribunt quidem Concilia Laterane, in d. e p. *Cum Apostolus*, & Lugdunense, cap. 2. ad iit. in 6. Verum bode hæc res revocanda est ad decretum Tridentine Synodi, quod hic integrum adscribemus: Patriarchæ, inquit Synodus, Primate, Metropolitanæ & Episcopi propriam diœcensem per seipso, aut si legitimè impediti fuerit, per suum generalem Vicarium aut Visitatorem, si querantur totam propter ejus latitudinem visitare non poterint, saltem majorem ejus partem; ita tamen, ut tota biennio per se, vel per Visitatores suos compleatur; visitare non prætermittant. A Metropolitanis verò, etiam post plenè visitatam propriam diœcensem, non visitentor Cathedrales Ecclesiæ, neque diœceses sive unum comprensionis salium, nisi causâ cognitâ & probata in Concilio Provinciali: Archidiaconi autem, Decani & alii inferiores in iis Ecclesiis, ubi hactenus visitationem exercere legitimè

confuerent, debent quidem, assumpto Netario, de consensu Episcopi deinceps per seipso, tantum ibidem visitare. Visitatores etiam à Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur: sed non ideo Episcopus, vel, eo impedito, ejus Visitatores, etiam Ecclesiis scotsum ab his visitare prohibetur, cui ipsi Archidiaconi, vel alii inferiores, visitationis factæ infra mensum rationem reddere, & depositiones restitutum, ac integræ factæ exhibere tenentur: non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili, arque exemptionibus & privilegiis quibuscumque. Visitatio autem omnium istarum præcipius scopus, sanam orthodoxamque doctrinam, expulsis heresisibus, inducere, bonos mores tuere, pravos corrigit, populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem, inocentiæ accendere, cetera prout locus, tempus, & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Quæ ut facilius feliciusque succedant, monentur prædicti omnes & singuli, ad quos visitatio spectat, ut paternæ charitate, Christianoque zelo omnes amplectantur, ideoque modo contenti equitatu famularum student quām celerrimè, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absolvere. Interimque caveant, ne in utilibus somptibus cuiquam graves onerosive sint, neve ipsi, aut quisquam suorum quidquam procuracyonis causâ pro visitatione, etiam testamento rorū ad piissimos, præterid, quod ex rectis piis iure deberunt, aut alio quovis nomine, nec pecuniam nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offertur, accipiunt: non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili: exceptis tamen visitationibus, quæ sibi ac suis frugaliter moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra, erunt ministrandæ. Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint, solvere id, quod erat ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetudin: an verò prædicta visitationis subministrare: salvo item iure conventionum antiquarum cum monasteriis, aliisve piis locis, aut Ecclesiis non parochialibus initio, quod illæsum permaneat. In iis verò locis seu provinciis, ubi consuetudo est, ut nec visitationia, nec pecunia, nec quicquam aliud à Visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur. Quod si quisquam, quod & absit, aliquid amplius in

supra:

supradictis omnibus casibus accipere præsumps-  
serit, is præter dupli restitutionem intramensem  
faciendam, alius etiam pœnis juxta Constitu-  
tionem Concilii generalis Lugdunensis, quæ inci-  
pit, Exigit, &c. 1. Decensib lib 6, nec non & aliis  
pœnis in Synodo provinciali, arbitrio Synodi,  
absque ultra spe venia multetur: Patroni vero in  
iis, quæ ad Sacramentorum administrationem  
spectant, nullatenus se præsumant ingenerere; ne-

que visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bo-  
norum stabilium, seu fabricarum proventibus  
immiscent, nisi quatenus id eis ex institutione ac  
fundatione competat, sed Episcopi ipsi hæc fa-  
ciant; & fabricarum redditus in usus Ecclesiæ ac-  
cessarios & utiles, prout sibi expedire magis vi-  
sum fuerit, expendi carent, text. Concil. Trid. sess.  
24, cap. 2, de reformat.

## D E D E C I M I S.

### T I T U L U S . XXVI.

**N**unc de Decimis agamus, quæ & ecclesiæ  
sue iuris sunt. Si quidem à sacris Cano-  
nibus disertè sanctum est, ut ex omnibus  
rebus, quas quis quavis ex causa justè acquisivit,  
decimas, id est, decimam earum partem pendat  
Ecclesiæ ministris, cap. Non est 22, cum cap seqq. cap.  
Tua nos 26, Ext. hoc sit can. Quicunque 4, cum 2, seqq.  
xvi. q. 7, can. Decima ead. q. 1.

#### §. 1. Duplex genus decimarum.

Harum duplex genus est; aliae enim personales sunt, aliae prædiales. Personales solvantur ratione personæ; puta, ex lucro negationis, ve-  
nationis, militiæ, vel alterius munieris sive artifi-  
cii, jam dictis jurib. Prædiales, ex preventibus  
prædictorum; veluti ex frugibus, frano, vino, fru-  
tibus arborum, ex obventionibus molendino-  
rum, &c. 4, & passim Ext. hoc sit. locatarum ædium,  
et penult. Ext. De past. & similium. Nam haec  
omnis ex præscripto sacerdotum Canonum, deci-  
marum functioni subjecta sunt, ut videre est jam  
dictis jurib.

#### §. 2. De tertio genere decimarum.

Sunt qui his tertium genus decimarum intellie-  
ciunt, quas mixtas appellant; id est, partim præ-  
diales, partim personales, quales sunt, quæ ex  
fructibus pecorum aliorumque animalium, ve-  
luti ex sœtu, lana, lacte, colliguntur, cap. Pervenit  
5, cum e seq Ext. eod. Hostiens. in Summa hujus tit.  
num. 3, Rebuff. in tract. de decimis qu. 3, in fine, Na-  
var. in Manuali cap 21, num. 29, sed commodius  
haec revocatur ad prædiales decimas, ubi anima-  
lia in prædiis pascuntur, ex sententia cap. 4, Ext. hoc  
sit. At si domi, porrecto pastu, ad personales re-  
ferantur; nisi forte utrimque ex quæ pascerentur,

quæ specie mixtum genus constituerent, arg. §. 5  
Titus Institut. De rer. devijs.

#### §. 3. Differentia inter personales & prædiales decimas.

Illud discriminis est inter personales & præ-  
diales decimas, quod in his expensa seminis, cul-  
tura, vel alterius rei non deducantur; in illis de-  
trahantur impensæ, quæ factæ sunt quærendis,  
emendis & convehendis rebus, cap. Pastorale 28,  
c. Cum homines 7, cap. Ex parte 21, cum 2, seq. cap. Tua  
26, Ext. hoc sit. Quare in prædiis lib. decimis id  
singulare est: cum aliqui fructus non intelli-  
gantur, nisi deducatis expensis, quæ quærendo-  
rum, colligendorum, conservandorumque co-  
rum gratiæ factæ sunt, l. Si à patre 39, §. fin. D. De  
petit hered. l. Fructus 7, D. Soluo matrim. &c. l., C. De  
fructib. & lit expens.

#### §. 4. Cui decima prædiales solvenda sint.

Solvuntur vero decimæ prædiales Parochio,  
eius Parochiæ fratribus prædia continentur, cap.  
Cum contingat 29, cum cap seq cap. Quoniam 13, Ext.  
hoc sit cap. 2, De restit. ffiliis in 6, nisi confederidine  
aut præscriptione. c. Cum sint homines 18, cap. Ad  
Apostolica 10, Ext. hoc sit. c. 1, De præscript. lib. 6, a,  
aut privilegio, cap. Ex parte 17, d. c. Cum contingat  
& ibi Glos. & Innoc. vel ex compromisso, brevia trans-  
actione jus decimandi alteri Ecclesiæ quæ situm  
sit, De compromisso videtur extum & ibi Panorm. in c.  
Apostolica 7, Ext. De his qua sunt à prælat. De transac-  
tione vide c. 2, Ext. De transact. c. 3, c. 8, Ext. hoc sit.  
juncto §. penult. inf. eod.

#### §. 5. Laico an jus decimandi posset competere.

Laicos vero neque præscriptione, cap. Causam 7  
Ext. De præscript. neque auctoritate Episcopi vel  
Pppp 3 alterius,